

lure caelestia, & populo terrenis bonis inbiant, & propterea durum cor habenti, quomodo spiritalem, tamen in tabulis lapideis, legem dare. Ecce tibi Testamentum vetus à Deo conditum, faceret Augustinus: in eoque terrena pramta constituta, quibus caelestia velarentur. Volo mihi respondeat quantum est in illo grege conjuratorum capitum, utrumnam parere legi, intuentem in illa terrena pramta, quibus caelestia representabantur, crimen ac scelus fuerit. Si nullum fuisse dixerint, eo id animo, & eum ob finem facere, quem lex recta, & ex professo præcipiebat, cum & Testamentum vetus, quâ Testamentum vetus erat, status fuerit legis menti, ac proposito consentaneus, & synagoga, sive Ecclesia Judaica, quatenus synagoga, illo ipso statu, ac Testamento vetere censetur: neutrum hæret in vitio: nec invidia damnanda, ac nefaria cupiditatis onerandum est; ne ad utriusque conditorem, & exactorem injuria ista pertineat. Nam si impurum, & sceleratum istud obsequium eatenus fuisse putant, quâ in solis terrenis commodis sisset Judæorum animus, sine ullo sensu caelestium, ac per obductas umbras, & figuras translucentium bonorum; nihil hoc ad Testamentum vetus, & synagogam; si utrumque ut Testamentum, aut ut synagoga consideretur. Hæc enim sic enunciata & concepta, id præcisè significant, quod ex institutione sua, & auctoris, ac Legislatoris voluntate illis convenit: non quod hominum pravitatis, & corruptelæ bonæ legi mala mente ferventium, ex accidenti illis importare potuit. Quemadmodum lex ipsa Christiana, novimque Testamentum non idcirco vituperanda sunt; nec Ecclesia, considerata ut Ecclesia, non esse aliud dicenda est, quàm terreni populi turba, hominumque carnalium congregatio solis terrenis, & carnalibus incubantibus; aut hujusmodi alia, quæ in Ecclesiam veterem Armacani filii licentia congesti: quamvis multo plures hodie sint, qui sub Christiano nomine turpiter vivunt, & quovis ex perdita illa antiquitate Judæo digniores sunt, in quos probra ista, plenique dedecoris elogia conferantur.

CAPUT XIII.

I. De Anomorum errore, qui hominibus sub lege, non sufficientem, sed impediendam gratiam affuisse dicunt. Hanc meriti ab Illustris. D. Haberto Vabrensi Episcopo fuisse reprehensam. 2. Qui adversus illorum calumnias defenditur. 3. Duobus modis impedire aliquid potest, per se, aut ex accidenti. 4. Utro modo in Testamento veteri impediendam dicat affuisse gratiam, nihil Anomorum opinioni commodare. Quo sensu lex peccatum dici intelligitur: de quo eo sacrilegus Anomorum error. 5. Eodem atque illi modo legem veterem accusant, Christianam quoque damnari posse: nec non qua in ea sunt sanctissima.

SI ad illa, quæ antecedenti capite dicta sunt, intelligenda, sanam & integram mentem advertent Anomi: jam inter nos negotium esset omne confectum. Sed non ita faciunt: & rixarum, ac jurgiorum cupidi magis, quàm veræ, solidæque doctrinæ; omnia committunt, nec peræquæ quidquam laborant, ac ne id quod revera sunt, plius æquo periculosa cupidi novitatis habeantur. Volo hic illorum indolis exemplum, ac specimen extare. Absurdum illud Armacani dictum merito reprehenderit Illustrissimus Vabrensis Episcopus D. Habertus, quod ille titulo cujusdam capituli inscripserat: * Non adfuisse hominibus sub lege viventibus gratiam sufficientem servandi legem, vel illum præceptum ejus: Tum hoc alterum: * Status veteris Testamenti figurativus, & Propheticus non assererat Judæis gratiam sufficientem, sed potius impediendam. Quod utrumque Catholicis aurbis inusitatum hucusque disputando refellimus. Ac D. Habertus illam vocum indecoram, ut in re gravi atque sancta, consilientem nominatim redarguit, quod impediendam illam gratiam divinitus illi populo tributam ausus est asserere.

II. CONTRA hunc * Apologeticus repugnans, morose & eneclæ subtilitatis argutia fucum imperitis facere conatur. * Negat de eo gratiæ genere locutum Armacanium, quod D. Habertus intelligi voluit: sed de altera, legisque propriâ, non Christi, gratiâ, quæ peculiaris est Testamenti novi: nec ad vetus ullo modo

* To. 3. lib. 3. cap. 7. p. 117. * Ib. c. 8. pag. 119. * Lib. 2. c. 3. * Ib. p. 135.

perinet. Quam * enim hoc assererat, non eam prope ceteri gratiam, sed quiddam fuisse impediens potius, ac retardans ab observatione legis, quàm in eam aliquid conferens, aut ad juvandum sufficiens. Ut illa sit litigiosi illius tituli sententia, ex Anomorum principis mente: *Non assererat Judæis gratiam sufficientem veteris Testamentum. sed id quod illis assererat, erat potius impediens, quàm sufficientem.* Nam quæ verè dicta est gratia, Christi Redemptoris, & novi Testamenti propria, ea perpetuò est adjuvans, nec unquam impediens haberi potest. Ita Scriptor Apologeticus. De cujus supervacaneâ *μυροδωρῶν* dicam ex parte paulò post. Nunc illud præstare hominem istum, quicumque tandem est, jubebo, quod ait, vetus Testamentum nullam prorsus adjuvantem, adeoque manantem ex meritis Christi, tribuisse gratiam. Hoc enim ab Armacani placitis abhorret. Siquidem, Testamentum aliquod asserre, ac suppeditare gratiam, cum dicimus, si rectè ac sobriè loquimur, hoc ipsum volumus, legi ac mandato Testamenti illius, attributum & annexum esse divinitus auxilium aliquod gratiæ, quod ad legem observandam, hominum, qui lege ista tenentur, imbecillitas adjuvatur. Quod ex sine potissimum æstimandum est, quem in eadem lege, lator ipsius propositum habuit. Atqui Mosaicæ lex ideo data est, ut homines superbi se ad exequenda mandata idoneos non esse cognoscerent, ac multitudinè prævaricationum confusi, ac territi, ipsaque confusione, ac timore humiliati, discederent ad gratiam, quam non habebant, implorandam fugerent: ut gratia adjuvi possent implere, quod antea accepta dumtaxat lege non poterant, ait * Armacanus. Porro illi ipsi motus animum, * To. 3. lib. 3. c. 4. hæc agnitio primùm infirmitatis, egestatisque suæ, confusio, ac terror ex delicti conscientia: tum verò humilitatio, & ad Deum recursus, imploratioque gratiæ, sine antecedente Christi salvatoris gratiæ exprimi nequeunt. Necessè est igitur unâ cum lege, ac Testamento veteri destinatum à Deo fuisse opitulantis gratiæ subsidium, ex Christi meritis; sine quo primarius ac velut nativus, ex Dei ordinatione, finis legis obtineri non posset. Ita prorsus acuti isti Theologi in id, quod minime volunt, inviti recidunt, ut annexam fuisse Christi gratiam legi Mosaicæ fateantur. De quo legenda sunt quæ supra, capite quinto, & sexto: * tum alio in opere, pleniori sermone disputavimus.

III. HINC apparet, jure ab Illustrissimo, & doctissimo Præsule notatum fuisse Anomorum principem, quod ausus sit dicere, sufficientem nullam gratiam servandi legem (sic enim Latine istos loqui delectat) hominibus sub lege viventibus affuisse. Item statum Testamenti veteris non attulisse Judæis sufficientem gratiam, sed potius impediendam. Nam cum unâ cum lege, ad hanc ipsam servandam, Christi gratiam præstâ fuisse Judæis ex Anomorum decretis, ac Scripturæ, Patriumque sententia certissimè constat: professò qui impediendam illam vocant gratiam, quæ legi ac Testamento veteri est adjuncta, non aliam quam Christi gratiam, appellationis istius probro, invidiæque subjiciunt. Frustrâ est autem, neque quid dicat intelligit Apologeticus, dum qualemcumque gratiam veteris Testamenti, impediendam nominat. Quod est probabili aliquo sensu dici potest, ut paulò post patebit: tamen, qua mente hoc usurpat Anomorum schola, præque ceteris illorum decretis ac principiis, non nisi falsò ac perversè dicitur. Etenim duobus modis impedire, ac revocare ab officio, & salute potest quidquid extrinsecus oblatum est, & injectum: primùm ex sese, ac destinato consilio ejus, à quo istud immittitur: ut sunt illecebæ malarum cogitationum, & instinctus, qui humanis in cordibus opera demonum excitantur: quæ tentationes vocant. Deinde ex accidenti, & eorum vitio atque culpa, quibus male affectis importunè illud obijciunt, quod est alioqui salubre natura minime perniciosum.

IV. VOLO mihi nunc respondeant, qui statum veteris Testamenti impediendam Judæis attulisse gratiam existimant: aut eundem statum, ut talem, non fuisse justitiam, aut salutem; sed potius peccati & mortis: Utrumnam priori modo, hoc est per sese, & ex instituto suo, hoc habuerit, ut à justitia, & salute Judæos impediret; atque ad peccatum, ac mortem illos traheret: an posteriori, hoc est eorum vitio dumtaxat, quos lege ac statu illo Testamenti veteris obligavit Deus. Non eos arbitror sic oblitos sui, & à ratione, sensûque Christia-

* Apol. pag. 137.

* To. 3. lib. 3. c. 4.

* To. 1. lib. 10. c. 19. §. 6. & seq. & cap. 21. & seq.

no derelictos, ut ex duobus primùm eligant. Est enim apertè istud impium, & Manichæorum, aut his etiam deteriorum schola dignum, legem ac Testamentum hujusmodi datum à Deo Judæis dicere, quod per se, & ut tale est, eorum saluti impedimentum asserret, atque in peccatum mortemque præcipitaret. Tum huic perfidæ, ac sacrilegæ opinioni resistit Apostolus in epistola ad Romanos, præsertim in septimo capite: ubi cum legem mortis eam appellasset, quam Moses tulerat, quod id sensu dixerit, subinde quæstione ita posita declarat: *Quid ergo dicemus, lex peccatum est?* Et respondens ipse sibi, *Abstet, inquit: quæ vox deprecandis, ac detestandi gratiâ in absurdis, ac nefariis adhibetur. Scire velim quemadmodum hoc ipsum lex, quod eam esse negat Apostolus, peccatum esse poterit. Quis autem in eo concitetur, ac non statim respondeat; peccatum tunc futurum intelligi legem, si peccatum facere præcipiat, hoc est rem aliquam inhonestam, ac damnabilem imperet? Ita * Theodoretus dictum illud accepit; cum ait, Apostolus primùm blasphemam hanc percontationem esse docuisse, cum negativâ usus est voce, *Abstet.* Deinde in sequentibus ostendisse, non solum legem peccati magistrâ non esse: sed è contrario accusatricem esse peccati. Quippe quid sit malum non cognovisset, nisi illa docuisset. Quod igitur per se, ac directè lex operatur, id bonum, ac sanctum esse testatur Apostolus; & idcirco * legem sanctam nominat, & mandatum sanctum, justum & bonum: quatenus scilicet peccatum detegit, & ab eo committendo quoad potest absterret. Quod autem occasione illa eadem delinquendi præberit, id ex accidenti, præterque legis, & latoris ejus mentem accidisse confirmat. Quod si lex ad id hortaretur, & impelleret, quod malum, ac vitiosum est; tunc revera lex peccatum esset, id est auctor peccati. Atque hoc Photius quoque in commentario secutus est, qui peccatum esse legem interpretatur, * ad peccatum compellere. Quamobrem tamquam blasphemum hoc execrandumque condemnat Apostolus; si quis legem asserat, imperare, præcipere, ac mandare aliquid, quod peccatum sit. Atqui hoc ipsum quod abominando averfatur Apostolus, expressis, & conceptis verbis Armacani docuerunt. Quod latè * superiora capita declarantur.*

V. QUOD si horrenda illa, & perspicue blasphemâ voce, ac sententiâ commotus Apologeticus Scriptor, ejurare modò hæc præoptet: ut, quod Apostolus ipse, communique sensus, ac sua cuique ratio præscribit, ex accidenti dumtaxat, & occasione præter mentem oblatâ, effectricem peccati fuisse legem sentiat; nihil agat omnino. Etenim non magis veteri, ac Mosaicæ, quàm Christiani, legi; quàm ei omni, quod hæc habet præ illa sanctissimum; quàm ipsimet denique fonti auctori que sanctitatis, & gratiæ Christo Domino; tribui istud potest, ut peccati, & exiti causa dicatur. * Si enim Apostoli * quibusdam quidem odor mortis ad mortem sunt, quibusdam autem odor vitæ ad vitam (ait Eusebius Cæsariensis) si illi, qui per Christum salvi sunt; & qui per Christum luminaria efficiuntur, ad mortem, & ad vitam his qui credunt, & qui non credunt habentur, quanto magis si qui donavit hæc hominibus Christus? Itaque perinde novi Testamenti gratiæ impediendæ appellari debet; ac quidquid illud est, quod ad dedecorandam Mosaicam legem, in eam confert Anomorum imperita natio, totum in Christianam redundabit. Siquidem & sancta possum obesse, ait * Augustinus. In bonis enim sancta ad salutem insunt, in malis ad judicium. Quod ipsorum exemplo sacramentorum probare pergit, Eucharistiæ, atque Baptismi. Hæc enim perinde ut sunt affecti, quibus illa conferuntur, ita commoda, aut noxia: impediendia, aut adjuvantia dicuntur. Christus ipse, quo nihil melius, nihil sanctius, nihil ex sese commodius est hominum generi, tamen majori horum parti damnatum asserit ac perniciosum: usque adeo ut * in ruinam possum multorum, ab Evangelista dicatur. Et à Propheta, * in lapidem offensivum, & in peram scandali duabus domibus Israël; in laqueum, & in ruinam habitantibus Jerusalem. Ecquod veteri de lege tam disertum expressivumque testimonium proferre possunt Anomi, ex quo impeditam ab illa potius, quàm expeditam salutem approbent; quàm ista de Christo iisdem è Scripturarum oraculis deprompta? Cur non igitur, itidem ut de veteri

* Apol. pag. 137. * Theodoretus. * Photius. * Eusebius Cæsariensis. * Augustinus. * In ruinam possum multorum. * In lapidem offensivum. * In peram scandali duabus domibus Israël. * In laqueum. * In ruinam habitantibus Jerusalem. * Si enim Apostoli. * Quibusdam quidem odor mortis ad mortem sunt, quibusdam autem odor vitæ ad vitam. * Eusebius Cæsariensis. * Si illi, qui per Christum salvi sunt; & qui per Christum luminaria efficiuntur, ad mortem, & ad vitam his qui credunt, & qui non credunt habentur, quanto magis si qui donavit hæc hominibus Christus? * Itaque perinde novi Testamenti gratiæ impediendæ appellari debet; ac quidquid illud est, quod ad dedecorandam Mosaicam legem, in eam confert Anomorum imperita natio, totum in Christianam redundabit. * Siquidem & sancta possum obesse, ait * Augustinus. * In bonis enim sancta ad salutem insunt, in malis ad judicium. * Quod ipsorum exemplo sacramentorum probare pergit, Eucharistiæ, atque Baptismi. * Hæc enim perinde ut sunt affecti, quibus illa conferuntur, ita commoda, aut noxia: impediendia, aut adjuvantia dicuntur. * Christus ipse, quo nihil melius, nihil sanctius, nihil ex sese commodius est hominum generi, tamen majori horum parti damnatum asserit ac perniciosum: usque adeo ut * in ruinam possum multorum, ab Evangelista dicatur. * Et à Propheta, * in lapidem offensivum, & in peram scandali duabus domibus Israël; in laqueum, & in ruinam habitantibus Jerusalem. * Ecquod veteri de lege tam disertum expressivumque testimonium proferre possunt Anomi, ex quo impeditam ab illa potius, quàm expeditam salutem approbent; quàm ista de Christo iisdem è Scripturarum oraculis deprompta? * Cur non igitur, itidem ut de veteri

Testamento, sic de novo, ac de ejus latore Christo Domino, sentiunt, ac prædicant; utrumque hoc ad impediendam magis, quàm explicandam; & in tuto collocandam salutem, Christianis esse concessum? atque ejusdemmodi cetera, quæ ad Mosaicæ legis invidiam trahunt, iisdem freti testimoniis & argumentis, quæ non minùs ad infamandam Christianam valere debent, si quid ex illis rectè colligunt. Tantane est istorum hominum *ἀπιστία*, ut quid sit ex oratione, ratiocinationeque sua consequens, non videant?

VI. JAM si Christus, qui est ipsa sanctitas, & justitia, illo, quem diximus, sensu hoc est ex accidenti, & occasione præter mentem & consilium ipsius ab iis arrepta, qui vitio suo malè bono sunt usi, plerisque mortalium exitiosus est, * & odor mortis in morte: multò magis * a. Co. 1. illa ipsa quæ dicitur, gratia Christi, qua & homines à 2. 16. peccatis eximuntur, & ad justitiam perducuntur, iisdem fiet, eorum culpa, letalis ac pestifera. Addit enim contempta mox, & abjecta ad infelicitatis illorum cumulum, & incrementum asert damnationis, calamitosiorumque reddit eorum statum. Terra quippe, ut ait * Apostolus, sæpè venientem super se bibens imbrem, & * Hebr. germinans herbam opportunam illis, à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo: præteris autem spinam & tribulos, reproba est, & maledictio proxima, cuius consummatio est in combustionem. Ad hoc igitur vahit istorum culpâ abundantia illa gratiæ Christi, ut graviore quàm dudum maledictio, penaque plecterentur.

De iisdem fidei gratiæque Christi desertoribus, ac caelesti dono abutentibus, similis est querela Petri Apostoli. * Si enim refugientes, inquit, conjuinationes minus * a. Pet. 2. di, in cognitione Domini nostri, & Salvatoris Jesu Christi, his rursus implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere vitam justitiæ, quàm post agnitionem retrorsum converti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato.

An non eo, quem attigi supra, modo ac sensu Christi gratia detrimto illis fuit, quorum deterior illo ipso conditio facta est, quod ejus aliquando compotes fuerunt, ac quibus satius fuisse dicit Apostolus, si illa perpetuò caruissent? Sic nimirum, ut ait * Bernardus, de * Scrm. magnis bonis mala oriri non minima solent, cum facti eximii 84. in de bonis Domini, utimur donis, tanquam non datis, non damus gloriam Deo. Ita profectò qui maximi videbantur pro accepta gratia, pro non redhibita minimi reputantur apud Deum. Jam ergo ex Anomorum, & Apologeticis decretis, impediens potius quàm adjuvans, Christi gratia censetur; perinde ac Mosaicæ lex. Nam utraque sancta, & justa, & bona per sese, non aliam ob causam fraudi illis, & noxæ fuit, qui illam acceptent, quàm quod pessimè affecti, & comparati, in pestem exitiumque suum salutaria dona verterunt.

CAPUT XIV.

1. Excusatur altera calumnia Anomorum Apologetæ, qui ex Pelagianâ heresi invidiam facit veteris Testamenti defensoribus. 2. Anomus abhorret ab Augustini sententia. 3. Qua ratione Pelagianus veteris Testamenti sanctos laudare instituerim. 4. Longè ab his diversum fuisse propositum Illustris. D. Vabrensis Episcopi. 5. Sub lege esse, & sub lege vivere, diversa sunt. 6. Quid sit sub lege esse. 8. Non id semper in malam partem accipi, ut Apologeta credit. 10. Idipsum de nova etiam usurpari lege, quod de antiqua dicitur. 11. Hinc Anomorum fallacia, & fucus discitur.

I. CUM error Pelagianus tam apertè convictus sit cum Armacanis suis Apologeticus Scriptor, tamen Pelagianismi accusare alios audebit, & hoc crimen alienissimis ab illa pestilentia, & immerentibus impingere? Non impunè hanc quidem ille tantam calumniam feret. Ac vide obsecro, Lector, quæ ratio sit hominis istius. * Mea hæc justissima querela de Arnaldo * Lib. 6. fuerat, quam decimo capite libri hujus exposui: quod e. 12. de Judæicum populum in accurata legis observatione, nihil Penit. apud Deum meruisse dixerat. Quod ego in sexto libro de Pœnitentiâ publica, illorum potissimum exemplis refellere institueram, qui sub veteri lege summa virtutis, ac sanctitatis laude flourerunt: uti Moses, Aâron, Phinees, Samuel, David, Ezechias, Josias, Elias, Eliseus, Prophetæque ceteri; ut innumerabiles alios omittam; quos omnes

omnes nihil accurata legis observatione meriti confectos esse nemo nisi perinde impius, atque insanus dixerit. Eodem contra D. Irenæum argumento usus est Reverendissimus D. Vabrensis Episcopus. At *Scriptor Apologeticus falsâ & ludicrâ exceptione petitionis illius vim & impetum conatus eludere, objicit, itidem nos argumentari, ut olim Pelagiani adversus Catholicos confutaverant. Qui lege commendanda, & sanctis appellandis viris, quos egregiè, ac laudabiliter acta sub illâ atas memorabiles fecerat, hoc efficere ac persuadere studebant; non minùs Mosaicam legem, ac vetus Testamentum, quàm Christianum, & novum, ad promerendam salutem contulisse. * Errare deinde nos ejus inscitia, quod ab Augustino sæpius traditum est, non idem esse, legis tempore vixisse, quod est sub lege fuisse, ac sanctos illos Patriarchas, & Prophetas, esse decurrentibus adhuc legis, veterisque Testamenti temporibus exstitisse, non tamen sub lege, id est legi obnoxios fuisse; sed ad novum pertinuisse Testamentum.

II. SED multum in illa struenda calumnia Apologisa caligavit. Nam & Armacani hæresis, cui ille patrocinatur, incredibiliter distat ab Augustini sententia; & longè aliter exemplis Sanctorum veterum usi sunt Pelagiani adversus Catholicos, ac nos contra nuperos istos, tam horum, quàm aliorum fautores erroris, & instauratores adhibemus. Imprimis Armacanus, cui & Apologeticus cum tota sua schola subscribit, Judæicum populum, quem ab communione gratiæ, ac salutis excludit, non magis culpa sua, quàm legis ipsius, ac Legislatoris vicio, in tantam pravitatem, & calamitatem impositum fuisse defendit. Quippe quem lex ipsa minis, ac penis propositis, tum etiam præmiis, ad peccandum incitabat ex professo, dum vitiosum ab illo impie, ac facinorose servitutis affectum exprimeret, ac fomentis pravæ cupiditatis eliceret. Quod diserte ab Magistro sectæ proditum, & defensum fuisse superioribus ferè omnibus capitibus ostendimus. Augustinus verò, immò quidquid Catholici nominis uspiam existit, procul absint ab illa impuritate dogmatis. Nos * alio in loco multa ex Augustino, aliisque Patribus, & quod amplius est, ex divinis Scripturis, testimonia congestimus, quorum pondere obrutis, & elisus iste novitius error est. Ea repetere hic, odiosum & supervacaneum arbitror. Certè vel unus ille locus Augustini, quem in capite octavo secundum Apologeticum liber plus semel inculcavit, ad illum refrenandam, caligandamque licentiam sufficere potuit; in quo ita scribit: * Quis enim Catholicus dicat, quod nos dicere jactitant, Spiritum sanctum adjuvorem virtutis in veteri Testamento non fuisse? Quæ Augustini verba, cum illis * Itaque congruunt, quæ in Græca editione leguntur, legem in auxilium datam esse, vel cum illis Apostoli, quibus * legem propter transgressiones positam esse dicit: hoc est transgressiones prohibenturam, ex Hieronymi interpretatione. Ecquod verò adjutorium ab illa lege manavit in Judæicum populum: aut quomodo in auxilium à Deo concessa credi potest; si ex professo data fuit in eum finem, ut vitiosam aleret, foveretque cupiditatem, hoc est peccare juberet, immò cogeret; dum terrenis propositis hinc præmiis, inde penis, illorum amore pariter, atque horum metu, & utroque, ut Armacani censent, vitioso, ac nefario, Judæos ad obsequium compelleret? Hæc sunt à nobis supra disputata copiosius: necnon in decimo libro Tomi primi Dogmatum Theologicorum, qui est de Deo, postremis capitibus septem.

III. QUOD autem Pelagianos, similiter ac nos facimus, exempla sanctorum ex Testamento vetere sumpsisse, eoque Catholicis intentasse, Apologeticus objicit, perquam ineptè hoc facit, ac ridiculè. Nam aliud hæreticorum illorum propositum fuit, ac longè dissimilis argumentandi ratio. Augustinum audiamus eorum mentem, & insidiosum consilium verbis istis explicantem. * Isti, inquit, inimici gratiæ Dei, quæ data est puillis & magnis per Jesum Christum Dominum nostrum, ideo dicunt antiquos homines Dei perfecta fuisse justitia, ne Christi Incarnatione, passione, resurrectione, cujus fide salvi facti sunt, equis videntur. Ergo ideo Sanctorum veterum exempla jactabant, quos abique gratiæ Christi præsidio ad tantam justitiæ perfectionem evolasse credebant, ut illum ipsam Christi gratiam minimè esse necessariam ostenderent.

Ac rursus capite vicefimo primo ejusdem libri, contra illa Pelagianorum verba disputans, Dicitur Sanctos veteris Testamenti perfecta hinc justitia ad æternam transisse vitam, &c. ita respondet Augustinus: Quamvislibet fuisse virtutis antiquos prædices justos, non eos salvos fecit, nisi fides Mediatoris, qui in remissionem peccatorum sanguinem fudit. Tum paucis interjectis, Hoc vos non vultis, inquit, inimici gratiæ Christi, ut eadem gratia Jesse Christi salvi facti credantur antiqui: sed distribuit tempora secundum Pelagium: in cuius libris hoc legitur. & ante legem dicitur salvos factos esse per naturam, deinde per legem; postremò per Christum, quasi hominibus duorum superiorum temporum, ante legem scilicet, & in lege, sanguis Christi non fuerit necessarius, evacuantes quod dictum est, unus enim Deus, unus & mediator Dei, & hominum homo Christus Jesus.

Fuit & alia causa Pelagii commemorandorum sanctorum, qui sub lege vixerunt; ut alterum suum decretum illorum auctoritate probaret; posse homines in hac vita sine ullo esse peccato. De quo vide Augustinum * Cap. 36. in libro de Natura & Gratia.

IV. SATIN' exiis de Apologisa, ac similibus iniqua obtrædatione constat? Equis enim nostrum (Illustrissimum D. Vabrensem Episcopum, meque ipsum intelligo) ad eum finem exempla ista Sanctorum retulit, cuius gratiæ Pelagianos iis abutentes reprehendit Augustinus? Quisquam nostrum sanctos illos Patriarchas, & Prophetas vel ante legem salvos esse factos per naturam; vel per legem postea, sine Christi gratia, dixit unquam, ac vel littera significavit? ut antiquitates illos fuisse docuit; hoc est peccati funditus expertes? Quid habet ratio nostra commune cum Pelagiana causa? aut quid hominibus istis facias, qui talibus conviciis quoscunque libitum est aspergere solent, ac pro Pelagianis, & Semipelagianis temerè tradunt? Quorum appellationum vim, ac proprietatem adeò nesciunt, ut, quod superiori capite demonstratum est, in illorum hæresi toto ipsi corpore volentur.

Equidem, ut de me potissimum agam, duo sum, quæ volui, ex illa commemoratione veterum sanctorum assecutus, quæ Armacianorum, atque unius horum Apologisa, capita totidem erroris evertunt. Horum prius est, quod ex illis cognoscimus, non defuisse Testamenti veteris, ac legis Mosaicæ temporibus auxilia gratiæ; non alterius utique, quàm Christi partæ meritis, & concessæ: neque statum ipsum veteris Testamenti figuratum, & Propheticum, impedientem potius attulisse Judæis, quàm sufficientem gratiam. Alterum est, eundem illum legem, & Testamenti veteris statum, quatenus ejusmodi fuit, hoc est ex instituto suo, & Legislatoris consilio, ac destinatione, non exclusisse meritum operum bonorum, nec infructuosum Judæis fuisse, ex vi status illius, legis observandæ studium. Quod utrumque tota antecedente disputatione patefactum, & invictis rationibus conclusum, atque ab inconstitæ novitatis calumniis extricatum esse confidimus. De posteriori verò præsertim, legenda sunt, que in decimo capite diximus.

V. ATENIM * aliud est legis vixisse tempore; aliud, sub lege vixisse: Sancti autem illi, quos in exemplum adduximus, estis legis, & Testamenti veteris tempore floruerunt, sub lege tamen non erant, nec ad eam, sed ad novum Testamentum pertinebant. Ita enim Apologeticus Scriptor: qui Reverendiss. D. Vabrensi, ac mihi pariter insulstat, tamquam discriminis illius ignorantie, uterque nostrum ad ridicula quædam, & absurdè delapsus fuerit. Etenim quicumque in Judaico illo populo legis observantes, ac justi, sanctique olim existerent, utique non ad veterem, sed ad novum Testamentum pertinebant. Non enim sub lege erant, neque servili statu, sed Christi, & gratiæ libertate censebantur: ut passim docet Augustinus, præsertim in libro contra Adimantum capite xvii, & in epistola xix, aliisque locis, quos * alibi commemoravimus. Quocirca perperam rationantur nos ait, dum quid veteri Testamento conveniat, illorum exemplis demonstrare instituit, qui ab hoc alieni Testamento in novum Testamentum, ac itatum gratiæ translati fuerant.

VI. VERUM hæc arguta cavillatio nihil præter inanem pompam, ac speciem habet, atque in vocis ambiguitate latebram capiat. Siquidem hoc ipsum quod dicimus, ad vetus Testamentum pertinere, vel, quod idem est, sub lege esse, duobus modis intelligitur. Primum absolute, ac simpliciter, ut fit legi esse subiectum, vel ut

apostolus

* Apostolus loquitur, debitorem esse legis faciendæ. Et hoc est ad mandata servanda obligatione quadam teneri, quæ ex pacto ac fœdere, vel ab unoquoque viritum suscepto, vel à majoribus inito, ac transmissa nascitur. Hanc enim vim Testamenti vox habet: quod & fœdus appellatur. Id autem devinctione mutua pacificentium inter se constat, & officiorum lege, ac conditione, quorum præstandorum fides utrimque pactione sancitur. Ea cujusmodi in Judaico fœdere, ac veteri Testamento fuerint, antiquæ Scripturæ libri omnes passim ac diserte loquuntur, Mosaici præsertim, & Prophetici. Ex quibus apparet in certas eaque mutuas functiones, ac præstationes, Deum inter, & Israëlitas velut stipulationem quandam esse factam, ut & populus univerfus editis à Deo per Moysen legibus, ac præceptis obtemperaret; ac sepe, posteroque suos omnes, excepto nemine, servandis illis in perpetuum obstringeret, hoc est illorum obsequio, quadam se servitute subiceret: & vicissim Deus præsentis vitæ commoda, sospitatem, opulentiam, pacem, ac tranquillitatem; tum verò peculiarem in illos benignitatem, curam, providentiam, amorèque polliceretur.

Sic Levitici capite xxv, 3. Si in præceptis meis ambulaveritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluviam temporibus suis, & terra gignet germen suum, & pomis arboribus replebitur, &c. Dabo pacem in finibus vestris: dormietis, & non erit qui exterreat. Aufertur malis bestias, & gladius non transibit terminos vestros. Persequimini inimicos vestros, & corruet coram vobis, &c. Respiciam vos, & crescere vos faciam: multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiscum. Et Isaias, * Si volueritis, & audieritis me, bona terra comedetis. Quod si nolueritis, & me ad iracundiam provocaveritis, gladius devorabit vos.

VII. Hoc est ergo sub lege esse; id est legi subijci, & ad eam servandum obligari. Non enim sub lege esse perperit in deteriorè partem, ac de malis, & sceleratis Judæis accipitur, sed simpliciter de Israëlítico omni populo, qui Mosaica lege censetur, & ejus præceptis, ac sacramentis alligatus est. Nam ut generatim omnibus tam bonis, quàm malis Jacobi posteris imposita lex est, sic sub lege, hoc est adstricti, & obnoxii legi erant univerfi. Etenim prius * quàm veniret fides, ait Apostolus, sub lege custodiebamur conclusi, in eam fidem, quæ revelanda erat. Itaque legi pedagogus noster fuit in Christo, ut ex fide justificemur. Quibus * custodiendi, & concludendi verbis, quæ in Græco arcis, ac septi culæ legis custodia coercere significant, demonstrari putat Chrysofostomus, securitatem, quæ legis mandata præstabant, quæ illos in tuto collocabant: (Id enim ἀσφάλεια designat.) Quippe lex metu, ac vitæ instituto, quod præscribat, tamquam in munio castello, detinens illos, fidei reservabat. Qui locus Chrysofostomi contra novam doctrinam antidoti instar esse potest. Nam * Testamentum veteris, in quo sola terrena promitterentur, non ea de causa datum esse secta ista defendit, ut per hujusmodi Testamenti promissiones, & observationem, eorum salus in tuto locaretur. Cui manifestè contradicit Chrysofostomus. Idque pedagogi, quam Apostolus adjungit, similitudo declarat. Etenim pedagogus pueri in eum finem præstituit, ut sub illo tutus iste sit; & in ejus cura, & præsidio infirma hujus ætatis acquiescat. Vide quæ de hac cum pedagogo comparatione legis, adversus Armacianos istos * alio in loco disputavimus.

VIII. SED ut ad illud redeam, quod probare ceperam; apparet ex illis Apostoli verbis, quod dicitur, sub lege esse, non ita semper accipi, ut Apologisa credidit: sed simpliciter legis statum, ac vitæ genus designare illius mandatis alligatum, & adstrictum. Simile est & illud ejusdem Apostoli: * factus sum Judæis tamquam Judæus, ut Judæos lucraver: iis qui sub lege sunt, quasi sub lege essent, quam ipse non esset sub lege: ut eos qui sub lege erant, lucrificarem. Perspicuum est, eos qui sub lege erant, hic illos vocari, qui legi parebant, ejusque præcepta, & sacramenta servabant: ad quorum fæ morem, usumque finxit Apostolus, dum & Timotheum circumcidit; & Nazarum se fecit, ac caput totoditi, & sacrificium obtulit: idque ἡ ὑπακοή ἐστίν, & ἀσθησιαν egit, ut Græci loquuntur. Ita Chrysofostomus, Græcique Interpretes reliqui; ut & Latini, Sedulius, Primafius, alique vulgo. Igitur sub lege esse, nihil aliud est, quàm observare legem, ac

Par. III.

Mosaicos ritus, & instituta sectari. Hoc est Judæum esse. Huic enim opponit ex adverso gentiles, qui Judaica lege minime tenebantur, proximè frequentibus verbis; His qui sine lege erant, tamquam sine lege essent; iis ἀνομοὶ οὗ ἀποδοῦ. Ergo ut sub lege esse, idem est atque ἀνομοὶ vel ἀνομῶν esse: sic extra legem esse, vel legis nexibus solutum, est esse ἀνομοὶ, non utique ἐξέλεγμ, & ἀνομοῦ, ac sceleratum: sed immunem à Mosaicæ, scriptæque legis cultu: quales erant gentiles, ad quorum captum, morèmq; quoad fas fuit, sese accommodavit Apostolus. Sic Græci Latiniq; quos nominavi, hunc locum enarrant.

Rursus in epistola ad Romanos eodem sensu dixit, in lege esse, quo sub lege illis in locis. * Scimus, inquit, quoniam quæcumque lex loquitur, iis qui in lege sunt loquitur. Nempe quia Judæis solis lex est data, ut adnotat Chrysofostomus, idcirco ἐν νόμῳ sunt, id est legi subiecti. Ut enim Atticis legibus Solonis, Attici soli; Lycurgi legibus, Lacedæmonii: sic Mosaicis, soli tenebantur Hebræi, tam justi, atque sancti, quàm carnales, ac scelerati.

IX. ALIAS sub lege esse dicuntur, qui legi non obtemperant, sed eam violant. Quos Augustinus damnablem dicit esse sub lege, in * epistola xix; ubi duplicem illum modum, quo sub lege fuisse Judæos diximus, egregiè confirmat. Imprimis enim, sub lege esse quæpiam adnotat, non solum qui circumcissionem, & Judaicæ sacrificia retinet; sed etiam qui quod lex jubet, Non concupisces, observare tenetur: quod etiam Christianos comprehendit: qui eatenus sub lege sunt, sed modò Christiani, & Evangelicæ, quæ Decalogi pleræque mandata complectitur. Postea modum alium subijcit Augustinus, quo Apostolus, Hos damnabiliter dicit esse sub lege, quos reos facit lex non implentes legem. De quo plenius * alibi differuimus: ejusque locutionis causam & originem patefecimus. Nimirum cum lex Mosaica ab Apostolo & Augustino consideratur, quatenus pœna violatoribus illius proposita est; ex quo lex mortis eidem Apostolo nominatur; sub lege, ac legi obnoxii dicuntur esse, * qui contra legem committunt, ejusque vi, & severitate coerceri merentur. Hoc sensu, ut scribit * Augustinus, sub lege esse dicuntur, quibus dominatur. Eis autem dominatur, quos punit. Punit autem prævaricatores omnes.

X. NEQUE verò ad Mosaicam tantummodo legem istud attinet, ut peccatores, & criminofos posteriore hoc modo sub lege esse dicantur: sed etiam in nova, & Christiana legem habet. Quemadmodum in libro de Natura & Gratia, capite lvi, declarat Augustinus. Quippe jam baptizatis etiam dictum est; * caro concupiscenti adversus spiritum, & spiritus adversus carnem, ut non ea que vultis faciatis: deinde subjungit. Quod si spiritum ducimini, non estis sub lege. Igitur carnales etiam Christiani, quales erant inter Corinthios, de quibus loquitur Apostolus, * Adhuc enim carnales estis. Quomodo enim sit inter vos zelus, & contentio, nōne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Carnales item Galatæ, * qui invicem mordebant, & consumebant: ideòque spiritu non ambulabant, quia desideria carnis perficiebant; & quicumque alii Christianam legem professi, spiritum non ambulabant, sed opera carnis faciebant, sub lege esse dicebantur. Atque isti quidem duplici illa ratione sub lege erant, hoc est legi subijciebantur: quia & legis observandæ debitores erant, quod commune cum bonis habebant; & propter violatum legis mandatum, constitutis ab ea penis erant obnoxii, hoc est vim illius, ac severitatem sentire cogebantur. At boni & justi, priore tantum modo sub lege censentur; quoniam ex præscripto legis eos oportebat vivere. Ceterum in quocumque statu, adeoque sub novo Testamento, qui male vivunt, & pravis cedunt concupiscentiis, sub lege esse, testatur idem Augustinus in libro de Continentia, capite tertio. Qui verò per legem, inquit, cognoverunt eas, * per legem enim cognitio peccati, Et concupiscentiam, inquit, nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces, & earum tamen oppugnatione vincuntur; qui sub lege vivunt, quia jubetur quod bonum est, & non datur: non vivunt sub gratia, quæ dat per Spiritum sanctum quod per legem jubetur.

XI. HIS demum animo perspectis, manifesta est Apologisa, adeoque totius Anomorum sectæ fallacia; qui Judaicum omnem populum, quamlibet acri, & sedula

* Lib. 2. c. 7. pag. 173. * Ibid. & cap. 8.

* Vide cap. 24. lib. 10. de Do.

* Aug. 3. ad Bonif. c. 4. * Ita. 8. 20. * Gal. 3. 19.

* Lib. 1. ad Bonif. cap. 7.

* Tom. I. Dogm. Theol. 10. c. 21. par. 14. & seq.

* Pag. 301. B. C. 2.

* Lib. 10. To. 1. c. 21. maxime 5. 101.

* Rom. 7. 6.

* Lib. 1. ad Simpl. qu. 1. pag. 106.

* Gal. 5.

* 1. Cor. 3. 3.

* Gal. 5.

* Rom. 7.

* Rom. 7.

dula legis observatione, meriti nihil assecutum esse dicunt, eo quod sub lege essent, & ad vetus Testamentum pertinebant. Latet enim propoltera & insidiosa fraus illorum sub ambigua notione locutionis istius, esse sub lege, vel sub veteri Testamento. Nam qui primo de duobus sensu sub lege fuerunt, merito minimè caruerunt, neque gratia; ut Armacani, & horum unus Apologista fatentur. Atque illi sanè ad Synagogam, ut *synagoga est*, hoc est ad veram, & antiquam Ecclesiam propriè spectabant, & ad Dei Testamentum antiquum, quà Testamentum erat. Nam ad primum legis institutum, & auctoris legis Dei in hac danda propositum, & voluntatem vitam suam accommodabant: quæ utique voluntas huiusmodi erat, qualem Scripturæ omnes antiquæ prædicant: ac nominatim Propheta in Psalmo *cxviii* his verbis commendat: *Tu mandasti mandata tua custodiri nimis.* Cum igitur exactè legem seruirent boni illi, & sancti viri legi ac Testamento veteri subiecti, neque gratia, neque merito, & mercede vacui erant: quam *retributionem* vocat idem Propheta, ejusque gratia se ad Dei mandata capefenda propenso animo fuisse testatur. Nam quod in eodem illo populo, & synagoga, longè diversa conditione complures existerent, quibus non auxilium quidem gratiæ, ut post paulò demonstrabitur, sed meritum, meritoque respondens merces defuit: cuiusmodi fuerint isti, illa ipsa Scripturæ, Patrumque testimonia declarant, quæ ad invidiam legi Moisaicæ, ac Synagogæ, Judaicæque populo veteri parandam, Armacani patronus contulit in septimum, & octavum caput libri secundi. De quibus copiosè dixi supra capite decimo: ubi ostensum est, nihil ad rem nostram istorum exempla pertinere: quandoquidem scelerati omnes, & perditii fuerunt, de quibus illis in locis mentio fit: ac partim nihil ad Testamentum vetus, quò Dei Testamentum erat; aut ad synagogam, ut erat synagoga, hoc est antiqua Dei Ecclesia, spectabant, quia nullum in illis inerat fidei, spei, caritatisque vestigium; neque cultus patriæ legis, & religionis; quam idolorum ritu, & gentili superstitione mutaverant: partim etiam fidem, & nonnullam veri adorandi præ se Dei speciem ferrent; animum gerebant gravissimis, horrendisque criminibus infectum, & illi ipsi, quem colebant, exosum Deo, atque ab ejus lege ac mandatis alienissimum. Itaque sub lege posteriore illo modo dumtaxat erant; ut legis sententia, & severitate plecterentur; non autem priore, in quo Testamenti veteris legis, & synagoga, quæ Testamentum, lex, & synagoga fuerunt, ratio, institutioque consistit. Tantum abest, ut exactè lex ab illis observata fuerit: de quo genere his inter nos, id est Catholicos, & horum adversarios est orta. Sed de iis superiora relegenda sunt capita, maximè decimum: in quo pressius & accuratius est illa tractata quæstio.

CAPUT XV.

Hominibus sub lege degentibus, & infidelibus affuisse gratiam Christi demonstratur argumento longè validissimo, & Anomorum inscita hallucinatio convincitur.

Nunc quod hujus disputationis reliquum est exequar; & illis etiam, qui sub lege quoquo modo, id est secundo, ac deteriore fuerunt, affuisse gratiæ præsidium ostendam: ex quo istud necessariò sequetur, falsissimè jactatum hoc ab Armacanis, nihil prorsus veteri sub lege, ac Testamento, adjuvantis gratiæ Judæis attributum: reliquasque nanias, in quibus refutandis non sine tædio hætenus occupamur. Nam cum duo genera Judæorum hominum existerent, pro duplici illa ratione sub lege degendi, quam exposui antecedenti capite; si de posteriori, eoque deteriore probari potest, non ab eo Christi gratiam abfuisse; quia de priori, propter illos, quos in exemplum pietatis ac sanctitatis attuli, dubitari non potest; deumiverfa gente, ac synagoga confecta res erit; liquidòque constabit, nulli ejus partu gratiam, & idoneum auxilium defuisse. Hoc si vel ipsos, contra quos modò disputamus, fateri & assentiri etiam invitos cogimus, quid erit vi veritatis ista potentius? Atqui & hoc facile est factu; & nusquam aliàs certius evidentiùsque constitit, quantis tenebris oppressa sit hæc Anomorum factio, &

quàm in oppugnanda Catholica veritate iudicii, ac constantiæ parum adhiberit.

II. Non affuisse hominibus sub lege viventibus gratiam sufficientem servandi legem, vel ullum præceptum ejus, Anomorum est decretum, capite secundo libri hujus à nobis expositum: quod Apologeticus Scriptor acerrimè propugnat. Hujus dicti quæ sententia sit imprimis constare debet. Potest autem esse duplex. Aut enim sic intelligitur, ut ex vi, & efficientia propriâ legis, nulla manasse gratia dicatur, nec ullum auxilium, quo interiorius roboratus animus, ad servandam legem, & exequenda mandata convalesceret. Aut ita, ut Christi parta meritis nulla in legis ac Testamenti veteris alumnos & heredes gratia redundarit. Non potest priore sensu illud eorum effatum nisi putidè ac ridiculè accipi. Ecquis enim Christianus hodie dubitat, ex quo Pelagii extincta est hæresis, quin gratiæ fons totius, quæ quidem propriè gratia dicitur, Christus sit Dominus; & unius illius meritis ad salutem necessaria omnium temporum auxilia gratiæ tribuenda sint. Nemo Judæis in lege veteri nullam gratiæ stillam adpersam fuisse nisi per Christum, aut nescit, aut negat. Posteriore sententia sensu gratiam illam sufficientem servandi legem, ut politè elegantèrque loquantur, ab Judæis abjudicant: tamquam ita prædicent: *Non affuisse hominibus sub lege viventibus auxilium ullum gratiæ ad legem servandam, vel aliquod præceptum ejus sufficientem, ac necessariam, Christi meritis imputandum.* Hic verò repetendum est, quod *suprà capite antecedente docui: *sub lege esse, vel sub Testamento veteri, propriè illos intelligi, qui iusti non erant, ac sancti.* Hujusmodi enim Apologista, ut ibidem ostensum est, ad novum pertinere Testamentum existimat. Soli ergo vitiosi ac peccatis irretiti, hoc est carnales Judæi, quemadmodum sub lege, ita gratiæ penitus expertes, Anomorum, & patroni horum Apologistæ opinione fuerunt.

III. Argui si hoc dixerint, quod ab iis dici omninò necesse est, his sese laqueis irretient, quibus extricari & expediri nulla sua cavellatione poterunt. Sumamus enim quempiam veterem ex illo populo impium, ac nefarium hominem; aut eum denique, qui graviore aliquo commisso crimine fidei ad se, cum caritate, vel hanc solam excusserit; velut Manasses fuit, & ante hunc Propheta David. Quorum ille cum nullum impietatis, & flagitii genus intentatum reliquisset, postea respuit, & cum Deo in gratiam rediit: hic autem minoribus aliquantò perpetratis criminibus, eadem Dei benignitate revocatus à lapsu, ac reconciliatus est. Isti proculdubio quamdiu in culpa, & Dei inimicitia jacebant, carnales erant, quia *hic dicitur esse in carne, qui aliquid *Ambrosio sequitur, quod lege prohibetur. Et omnis incredulus in carne est, id est carnalis, ait Ambrosio tributus commentarius ad illa verba Apostoli, quæ hoc ipsum significant: *Cum enim essemus in carne, vitia peccatorum quæ per legem ostenduntur operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti.* Idem sub lege, ac veteri Testamento censebantur pessimo illo modo, & eo quem intelligunt Armacani, cum asserunt non affuisse hominibus sub lege degentibus auxilium ullum gratiæ sufficientem ex Christi meritis profectum. Ex quo tria necessariò consequuntur, è quibus unum ab illis eligi, velint nolint, oportet: quod qualecumque tandem optaverint, effugere non poterunt, quin vel in sacrilegi mendaciæ, vel in nefandæ hæresis notam, & ignominiam incidant; vel secum ipsi turpissimè discordent. Aut enim ambos illos negabunt à sceleribus suis, & eo statu, quo sub lege tenebantur, per poenitentiam ad Deum esse conversos, contra divinæ Scripturæ fidem: aut illam ipsam poenitentiam, conversionemque sine Christi gratia dicent esse consecutos, ut germanos se Pelagianos ostendent: aut si neutrum fateri audent; affuisse iis hominibus, qui sub lege erant, sufficientem gratiam, inficiari desinent. Etenim quæ Davidi, ac Manassi aspiravit Christi gratia, hæc illos sub lege, hoc est sub peccati iugo, ac dominatu reperit. *Virtus enim peccati lex* (ait Apostolus) atque ut Ambrosio inscriptus commentarius adnotat, *Mori legi, Deo vivere est: quia lex dominatur peccatoribus. Cui ergo dimittuntur peccata, moritur legi.* Quare affuit ipsis sospitatrix gratia in ipso statu legis, & sub lege, ac Testamento veteri positis: ut falsò ab Armacanis, & Apologista jactatum sit; nullam sub lege ac Testamento constitutis Judæis sufficientem affuisse gratiam.

IV. QUOD

IV. Quod de Manasse, ac Davide dixi, idem de ceteris significare volo, qui iusti in lege veteri ex peccatoribus facti sunt. Cuiusmodi fuerunt omnes, & illi adeo quorum exemplo uti sumus, Illusterrimus D. Varenensis Episcopus, & ego, ut Anomorum licentiæ intercederemus: qui gratia prorsus omni destitutum fuisse Testamentum vetus, ac statum legis existimant: *noluntque, qui ex illis sanctis contra ipsos argumentum capeverimus, inclementer appellant. Quos quidem pudere jam debet, cum se deprehensus his in angustis abundi, & inextricabilis dogmatis fenserint; & homines sui plusquam veritatis, & catholice salubritatis amantes, & in tam perditâ causa

Φυλάττεις δὲ συκοφάνται ἀπίστοι ἐπὶ τῷ θεῷ ἀρείας φρονησάντες, φρονησάντες ἀπὸ.

Eadem vis argumenti valet etiam in infidelibus, *quos omni carere gratiâ sufficientem ad salutem, tam proxima, quam remota, & omnibus principis ejus, Armacanorum natio deprædicat. Nam qui præveniente, & opitulante Christi gratiâ in illo statu reperti vocantur ad fidem, gratiam utique sufficientem obtinent, & ejus auxilio qualicumque tandem nisi emergere incipiunt ex tenebris, & ad lucem aspirare. Igitur in statu illo damnabili affuit illis sufficiens gratia. Non ergo carent infideles omni penitus sufficienti ad salutem auxilio.

V. Atque ut nondum ab ulceris hujus curatione digrediar: sed ut tamquam scalpello in vomica altius impreso, purulentia omnis excernatur; aegedum dicti ab illis sui, & sententiæ repositam rationem. Respondent nobis quid sibi velint, cum ita pronunciant: *Non affuisse Judæis sub legis statu degentibus sufficientem gratiam: sed nec infidelibus adesse.* Hoc enim altero de duobus intelligi, explicarique modo, ac sensu necesse est, ut paulò antè dixi, & nunc paucis repetendum est. Primum est ejusmodi, ut neuter status sufficientem gratiam suapte vi, & indole pariat. Posterior, ut ex meritis Christi, quasi adventitius nullus gratiæ fructus in utrumque statum redundet. Horum duorum alterum eligant oportet, si humano more loqui volent. At utrumque ridiculum est, & impeditum adeo, ut ipsi se explicare nequeant. Nam si priorem optent, quid ineptius, quàm de hoc contra Scholasticos tanta contentione pugnare profiteri se, quod nemo unquam istorum ne cogitavit quidem; neque verò quisquam mortalium, nisi amens, & furiosus, persuadere sibi potest? Etenim *statum veteris Testamenti, ut talem, non fuisse justitiæ, & salutis, sed peccati peccati, & mortis censent Armacani, itidem ut statum infidelitatis: & utrumque in æquo statuunt, quod ad gratiæ penuriam & egestatem atinet. Quisquamne igitur adeo ab communi sensu derelictus hæcenus fuit, qui peccati statum ullum per se gratiæ feracem esse defenderet? Ut si quis meretricium vitæ statum ex sese gratiam subministrare diceret, & idonea ejus auxilia, ad peccatum delendum, hoc est ad sui ipsius interitum, & perniciem? An quisquam Doctorum, & Theologorum, quos sanctæ signifer allatravit, gratiæ fontem, & efficientiam in tanta pravitate constituit? Nemo utique: nec ea proinde mens Armacanorum in abjudicanda sufficiente gratiâ ab utroque illo statu esse potest.

VI. RESTAT ergo secundum illud, nisi nullam ex merito Christi gratiam affuisse Judæis olim; nec adesse modò infidelibus eo sensu disputent, ut quamdiu in suo illo statu Judaismi, aut infidelitatis manent, nulla ipsis gratiæ adjumenta suppetant. Atque ita sentire demum illos esse eo cognoscitur, quod cum iis objectum est; adeo non defuisse Judæis antiquis gratiam Christi, ut inter illos complures eximia vitæ sanctitate, integritatèque

vixerint, quod sine gratia Christi assequi nequiverint: adversus hoc excipiant, idcirco nihil argumento isto contra se nos efficere; quod iusti omnes illi, eo ipso, quod gratia donati fuerint, & justitiam adepti, à priore illo statu Testamenti veteris, ad Novi statum translati, & Christianis accessit fuerint. Prorsus itaque sic disserunt, idcirco se nihil gratiæ in Judaicum statum, aut infidelium transfusum asserere, quod eo momento in utrovis esse statu deserint, quo primus illos gratiæ motus excitare cepit. At hoc ipsum non solum falsum, & hæreticum est; sed etiam inextricabile. Fingamus, primum gratiæ impetum eam habere vim, ut peccatorum omnium absterfa labe, statim hominem reconciliet Deo, eumque justum ex impio, & peccatore faciat: certè cum primum advenit, & torpentem, immo verò mortuum afflare, & illuminare cepit, non nisi ad infidelem, & in deplorato illo statu jacentem hominem venit; antequam ad alterum, melioremque transisset. Cum igitur nondum ad Christum conversum, & in priore statu adhuc hærentem animum occupari, & praverit gratiâ sufficientem, affuit utique homini sub legeposito, vel infideli.

VII. Ac perinde arguantur nuper isti Theologi, ut si quis aut viventes homines morti neget; aut mortuos ad vitam esse revocatos à Christo, vel in extremo rerum occasu revocandos; & ita ratiocinetur: quandoquidem eodem puncto temporis, quo mors illis accidit, viventes esse desinunt, non viventibus supervenire mortem: sed neque mortuos vitam restituit, quia cum vivere incipiunt, mortui amplius non sunt. Par enim & eadem est istorum argumentatio, qui infidelibus, atque in Judaismo deprehensis, negant adesse gratiam; quoniam tum demum, cum adesse incipit, alterum in statum transferuntur. Quamobrem ut est infulla prior illa de mortuis in vitam restituitis calumnia; sic Armacanorum ludicrum est & jocularè commentum.

Quid quod ad primum gratiæ prævenientis appulsum, non statim ab eo, quo sub lege esse dicuntur, statu peccatores ad alium transferuntur, qui novi Testamenti, vel gratiæ vocatur? Soli quippe iusti, ac sancti tam in Judaismo veteri, quàm in Christianismo ad hunc pertinent: ut Armacanos sentire superius ostendimus. Nam isti eos dumtaxat interpretantur *sub lege esse*, ex Apostoli, & Augustini sententiâ, qui peccatis irretiti sunt: de quibus hic illum loqui asserit, his verbis: *Tandem enim dicit (Apostolus) sub lege esse hominem, quamdiu vivit peccato: quemadmodum vandem mulier sub lege viri est, quamdiu vivit vir.* Quoniam igitur, ex Armacanorum opinione, nullus de statu legis, qui est peccati status, ad novi Testamenti, sive gratiæ statum, quamdiu est sub peccato, traducitur: nemo autem à peccato, nisi per infusionem justitiæ, & gratiæ sanctificantis eximitur; profectò qui hanc antecedit statum, dum ad justitiam opportunitis auxiliis paulatim peccator adducitur; *legis est, & peccati status.* Ex quo consequens est, falsò dici ab Armacanis, nullum hominibus sub lege degentibus sufficientem adesse præsidium gratiæ, quamdiu ad novum Testamentum nondum pertinent: sed adhuc sub veteri, qui idem est cum peccati statu, continentur.

Postremò quemadmodum de iis qui sub Judaismo vixerunt, & infidelibus perabsurdam illorum rationem esse demonstravimus, cum utrisque sufficientem gratiam funditus detrahunt, eo quod simulatèque gratia illos afflare cepit, statum mutant: ita prorsus ex eorumdem decretis sequitur, nullam omnino sufficientem gratiam adesse Christianis in peccato letale lapsis; quod, ubi prævenientis gratiæ prima illos aura perstrinxit, ad novum statum ab veteri, qui *legis, & peccati* dicitur, repentina mutatione transitum faciunt.

Appl. 18. c. 7. 19. c. 14.

1. 2. 11.

1. 2. 11.

1. 2. 11.

** Aug. lib. 83. qu. 66.*